



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

57. M. Callidius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

N. N.

a M. Crassus Orator submediocri molliu artem paranda pecunia nouerat quam eloquentia.

Pompeius.

CAPVT LVII.

CNaeus Pompeius, vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriae cupiditas, ad bellicas laudes abstraxisset. Erat orationis satis amplius, rem prudenter videbat: actio vero eius habebat, & in voce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem. a Pompeij meminit etiam Dionysius Halicarnasensis, & quaedam eius epistolas Graecas citat, quibus de eloquentia, & optimo genere dicendi, non imperitam tulit sententiam, sed & Graecam orationem, quam apud Ptolomaeum Regem haberet, commentatum fuisse Plutarchus memorat.

a Cn. Pompeij apud Dionys. Halicarnass. mentio. Πομπηϊος Ἰχθῶν ἐν βιβλίῳ περὶ ἑρμηνείας ὑπὸ αὐτοῦ λόγον ἐπισημαίνων, ὃ περιεκλήθητο ἑρμῆδα πρὸς τοῦ Πτολεμαίου.

M. Callidius.

CAPVT LVIII.

SEd de M. Callidio dicamus aliquid, qui non sicut orator vnus e multis; potius inter multos prope singularis fuit: a ita reconditas, exquisitaque sententias, mollis, & perlucens vertebat oratio: b nihil tam tenerum, quam illius comprehensio verborum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ipsius arbitrio fingere-tur, vt nullius oratoris aequè in potestate fuerit: quæ primum ita pura erat, vt nihil liquidius: ita liberè fluebat, vt nusquam adhæresceret: nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, stru-ctū verbum videres: nec verò vllum, aut durū, aut insolens, aut humile, aut in longius ductū: ac non propria verba rerum, sed pleraq; translata, sic tamen, vt ea nō irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceret; nec verò hæc soluta, nec diffluentia, sed adstricta numeris, non apertè, nec eodem modo semper, sed variè, dissimulanterque conclusis. Erat autem, & verborum, & sententiarum illa lami-

Optimus metaphorarum vsus.

na, quæ vocant Graeci *επιμυρα*, quibus tamen insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. Quæ de re agitur autè, illud quod multis in locis Iurifico Plutostū includitur formulis, & vbi esset, videbat. Accedebat ordo rerū, plenus artis, actio liberalis, totumque dicendi placidum, & sanum genus. Quod si est optimū suauiter dicere, nihil est quod melius hoc quaerendum putes, sed cum a nobis paulo antè dictum sit, ita videri esse, quæ orator efficere deberat, vt doceret, vt delectaret, vt moueret; duo summè tenuit, vt & rem illustret disserendo, & animos eorum, qui audirent, deuinciret voluptate. Aberat tertia illa laus, qua permoueret, atque incitaret animos, quam plurimum pollere diximus: nec erat vlla vis, atque contentio, sine consilio, quod eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere, & bacchari arbitraretur: siue quod natura non esset ita factus, siue quod non consuesset, siue quod non posset. Hoc vnum illi, si nihil utilitatis habebat, abfuit: si opus erat, defuit.

Perfectio eloquentia non est solum suauitas.

Piso, Tullij gener.

CAPVT LVIII.

STudio autem neminem, nec industria maiorem cognoui: quanquam ne ingenio quidem, qui præstiterit facile dixerim, a C. Pisoni genero meo: nullum tempus illi, ynquam vacabat, aut à forensi dictione, aut à commentatione domestica, aut à scribendo, aut à cogitando, itaque rãtos processus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. Eratque verborum, & defectus elegans, & apta, & quasi rotunda constructio: cumque argumenta excogitabantur ab eo multa, & firma ad probandū, tum concinna, acuræque sententiæ, gestusque natura ita venustus, vt ars etiam, quæ non erat, & è disciplina motus quidam videretur accedere. Vereor ne amore videat plura, quam in illo fuerint dicere; quod non ita est (alia enim de illo maiora dici possunt) nam nec continentia, nec pietate, nec vilo genere virtutis, quenquam eiusdem ætatis, cum illo conferendum puto.

N. N.

a Laus Pisonis, quæ data potius videtur à M. Tullio cognationi, quam scriptiõni necessitati: non est enim aliqui inter oratores nominatus.

C. LE.